

difficultatem ergo propositam dic, quod forte iste vehemēti Christi amore stimulatus ipsum relicto parente mortuo est secutus. Vel dic, quod iste, cum esset in concomitatu cum Christo, ex aliquo nuntio accepit mortem parentis. Et hinc potest conjecturari causa, ob quam Dominus ei dixit: Sequere me.

48. Maxime hic consideranda est sapientia, ac clementia Domini, quod Jacobum, & Joannem vocavit, adhuc parente vivente: nam illi *relictis reibus, & patre, secuti sunt eum*, Matth. 4. n. 22. At hunc adolescentem non vocat, juxta probabilem sententiam, nisi post demortuum parentem, cujus obitum Dominus expectavit, ut eum ad se attraheret; quod si pater ejus viveret, forte illius amor ei esset impedimentum ad Christum perfecte, & toto animo sequendum; ideo opportunio tempore, ac occasione cum Dominus ad se vocat. Vide cap. 5. n. 179. cap. 7. n. 14. & c. 16. n. 92. & 93. & c. 20. n. 19.

Matth. 8. n. 22. Jesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

VERSIONES.

Strac. Veni post me, & relinque mortuos sepelientes mortuos suos.

Theophylact. Sine mortuos sepelire.

Roricus Lemo. Sine, ut plangant mortui

vicensis Epi. mortuos suos. scop. lib. 2. Epist. 45. ad Albinum.

ALTER TEXTUS.

Luc. 9. n. 60. Dixitque ei Jesus: Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei.

EXPOSITIO.

49. Dum Prælati licentiam negat, det aliquando rationem.

REPETITO sermone ait ei Jesus: Sequere me. nam ante ejus petitionem semel hoc ei dixit, ut scribit Lucas: nunc verò iterum post expositam postulationem. Per quod denotatur, quam efficaciter hunc discipulum ad se trahere volebat. Et dimitte mortuos. Non dixit ei Dominus; non est necesse, ut vadas; nec absolute licentiam negat, ne eum, suamque petitionem despiciere videatur: sed suæ prohibitionis reddit justissimas causas, quibus vocatum erudiat, confoletur, suaviterque Domini mandatum suscipiens maxime animeretur ad vocationem sequendam, ut latius explicabo quæst. sequenti.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Non eodem modo sumitur hæc vox, mortuos. in utroque loco. Nam, ut rectè ait Divus Ambrosius lib. 7. in Luc. ad cap. 9. Quomodo mortui sepelire mortuos possunt, nisi geminam hęc intelligas mortem. In primo loco, mortuos, significat homines destitutos gratia Dei, ac fide, nempe peccatores, & infideles, scilicet Judæi fidem meam repuentes, ac negantes, ut docent Divus Chrysostomus homil. 28. Divus Augustinus quæst. 6. in Matib. & serm. 7. de verbis Domini. Divus Ambrosius in cap. 6. Luc. Divus Hieronymus, Divus Paschasius, Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonaventura. In posteriori verò loco mortuos intelligit corporaliter, & etiam dici potest spiritaliter: nam dum ait suos; analogice intelligit sibi similes, hoc est, destitutos spiritu, ac gratia Dei. Unde notat D. Thomas, quod dum Dominus ait huic juveni mortuos in plurali; significat, ejus parentem, defunctum fuisse duplici morte, corporis scilicet, & animæ; nam sicut corpus animatur anima, ita anima vivit per gratiam Dei, qua deficiente, mortua est. Quod eleganter disserit Divus Chrysollogus serm. 19. Quo modo mortui sepeliam mortuos suos? Fratres ipse dixit: Ego sum vita, Joann. 14. num. 6. Quod est anima corpori, hoc anima Christus sine anima corpus non vivit; non vivit anima sine Christo: recedente anima innox corpori fiet, corruptio, mors animæ; paretudo succedunt, decedente Deo confestim ma. venit in animam peccatorum fœdor, corruptio criminum, visorum paretudo, conscientia vermis, vanitatum cinis, infidelitatis horror, & sic in corporis sepulchro vivo funus anima, jam sepultum.

Adit verò D. Lucas: Tu autem vade, & annuntia regnum Dei, quo scilicet modo pervenitur ad regnum Dei. Regnum autem Dei appellat hic Christus Dominus suum adventum; nam per fidem ejus Evangelio conformem pervenit homo ad salutem, & vitam æternam. Unde considera, quanto excellentius, utilius, ac magis necessarium sit, annuntiare regnum Dei; quam sepelientibus mortuos conjungi. Ad illud ipse te vocat, & tu indubitanter perge. Divus Chrysostomus homil. 28. sic ait: Multo melius est, regnum Dei promulgare, & alios à morte retrahere, quam mortuum, qui nulli usus est, sepelire; maxime cum sint, qui hæc omnia obeant. Adolescens autem his auditis, ut notat citatus Chrysostomus, non agere tulit; nec replicavit, sed cum magna obedientia siluit, ac permansit cum Domino.

QUÆSTIO VIII.

Quare Dominus huic adolescenti non permisit, sepelire patrem suum?

COMMUNE dubium, & satis ventilatum apud Patres. Respondet primò D. Cyrillus citatus in Catena Græca, Sine,

Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos. Erant siquidem etiam alij domestici, & propinqui, qui patris illius curam gerebant, sed adhuc mortui, uti autumo, eo quod nec dum in Christum crederent, nec per Spiritum sanctum regenerati adhuc essent; illi inquit, sepeliant mortuos suos, cum & ipsi mentem habeant mortuam. Prima verba S. Patris considero; de aliis sequenti ratione dicam. Non permittit Dominus abire, siquidem ejus opera necessaria non erat, quamvis enim ille non accederet, erant alij, qui parentem mortuum sepelirent. Hoc denotat Christus: Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos. Et idem habet Chrysostomus proximè citatus in expositione.

Adolescentis opera necessaria non erat.

Chrysof. 53. Hilar.

Hieron.

Basil. Tercall. Cytill.

Peccator mortuus jure vivus.

Luc. 8. Basil. Seleuc.

54. Ambros.

Mundi neccia semper catenatim veniunt.

Ambros.

Secundò D. Hilarius Can. 7. in Matth. Mortua mortuis officia sunt relinquenda, ut mortui sepeliantur à mortuis, qui per fidem vivos vivo oportet adhibere. Et Divus Hieronymus in præfati. Si mortuum sepelit mortuus, non debemus habere curam mortuorum, sed vivorum, ne dum solliciti sumus de mortuis, nos quoque mortui appellemur. Et idem docet D. Basilus in Constitut. Monasticis cap. 21. Tertullianus lib. de Monogamia cap. 7. & Divus Cyrillus in proximè citatis verbis. Qui temporalibus incumbunt, mortui sunt; qui autem de spiritualibus agunt, vivi habentur, ut ex Chrysologo dixi in expositione. Ergo qui temporalibus student, cum mortui sint, sepeliant mortuos suos, cum eis quasi similiter mortui existant. Qui autem spiritu vivi sunt, tractent etiam de vivis, ut alii annuntient regnum Dei, ut ipsi quoque per gratiam regenerari similitur vivant. Tu verò, o adolescens, ait Christus, cum sis vivus per fidem, & charitatem meam, quid tibi cum mortuis? age de vivis, nempe meis fidelibus, & sine, ut mortui spiritu tractent de suis consimilibus mortuis, eosque sepeliant. Unde ille, qui habebat Dæmonium, notat D. Lucas cap. 8. num. 27. Neque in domo manebat, sed in monumentis. D. Basilus Seleucus Orat. 23. Cum ipse esset Dæmonum domicilium, pro domicilio habebat monumenta, ut & mortuos inter habitare cogeretur. Tertio Divus Ambrosius lib. 7. in Luc. ad cap. 9. sic ait: Cum religiosum humani cœperimus officium, quemadmodum hic paterni quoque funeris sepultura prohibetur: nisi ut intelligas, humana posthabenda divinis: Bonum studium, sed majus impedimentum; nam qui paritur studium, derivat affectum; qui dividit curam, differt profectum. Ergo prius obeunda, qua maxima sunt: nam & Apostoli, ne occuparent studium disputandi, ministros pauperibus ordinarunt. Cum verissimum sit illud proloquium.

Pluribus intentus, minor est ad singula sensus? Non permittit Dominus, ut iste suus discipulus sepeliat parentem, & terrenis incumbat. Vult Dominus, ut sui discipuli ea maxime cogitent, in animoque reponant, quæ necessaria sunt ad salutem, ac ad bonum spirituale sui gregis commissi: temporalia verò, utpote minora, non multi faciant, sed aliis tractanda relinquunt. Unde ait ipse Ambrosius in Psalm. 48. Ideo prohibet, ut discipulus suus sepeliat patrem suum, quia Aeterno Patri sine cessatione esse debet intentus. Sine ulla interpolatione, æterna, & cœlestia meditari debemus.

Pluribus intentus, minor est ad singula sensus? Non permittit Dominus, ut iste suus discipulus sepeliat parentem, & terrenis incumbat. Vult Dominus, ut sui discipuli ea maxime cogitent, in animoque reponant, quæ necessaria sunt ad salutem, ac ad bonum spirituale sui gregis commissi: temporalia verò, utpote minora, non multi faciant, sed aliis tractanda relinquunt. Unde ait ipse Ambrosius in Psalm. 48. Ideo prohibet, ut discipulus suus sepeliat patrem suum, quia Aeterno Patri sine cessatione esse debet intentus. Sine ulla interpolatione, æterna, & cœlestia meditari debemus.

Syl veira in Evang. Tom. II.

Quartò idem D. Ambrosius citato loco in Luc. Non revocatur, ait, ab officio patris filius, sed fidei à perfidi communione seceditur. Idem similiter Albertus Magnus, D. Thomas. Ob peccatum non vult Dominus, ut hic suus discipulus se immisceat mortuis fide, ac spiritu, nam illius pater peccator, ac infidelis extiterat, ut jam explicavi, ne similiter ipse mysticè moriatur, infidelisque fiat. Sed instabis, Pater jam demortuus erat; ergo adolescens nullum poterat ex ejus malitia exhauste contagium. Pater mortuus erat; peccator tamen, & infidelis extiterat, ideo Dominus non concedit, ut adolescens ad ipsum perveniat, ne umbris saltem offuscaretur paternis. Ita enim abscindendus est peccati odor, atque occasio, ut quodvis illius vestigium, ac monumentum hominis etiam defuncti, atque demortui, esto pietatis prætextus interveniat, maxime tamen præcavendum sit, functi suatque timendum, ne inde reliquæ pullulent, quæ interitum animæ parent.

Quintò Divus Chrysostomus homil. 28. Erat verisimile, ait, post parentis sepulchrum ad testamenti, & hæreditatis divisionem, deinde in aliud ex alio, quasi unda ante sinibus distractus procul à portu salutis jalectur: qua ne illi acciderent, secum esse ipsum jubet, eumque sibi volentem affigit, ac conjungit. Ne decipiatur homo secularibus negotiis, putans se uni tantum commissum; nunquam enim unum inveniet, nam catenatim ruunt; dum enim uni indulget, multis aliis succendetibus, ac emergentibus implicatur. Meritissimè ergo Dominus petitam negat patrem sepelendi facultatem, nam postea venturum erat ad testamenti executionem, ad funeralia perfolvenda, ad legata implenda, ad hæreditatis divisionem, quibus omnibus à Christi sequela homo maxime retardaretur.

Sextò Divus Thomas. Quod inter fideles, & infideles retrahitur germanitatis affectus. Unde dicitur Luc. 14. num. 26. Siquis non odit patrem suum, & matrem suam, non potest meus esse discipulus. Pater istius adolescentis erat infidelis; adolescens verò Christi discipulus, & in gratia regeneratus. Inter fidelem, & infidelem nullus est consanguinitatis, cognationis, ac lus est consanguinitatis, ac cognationis nexus. Meritissimè ergo Dominus sepelendi patrem negat facultatem, tanquam jam non suam, sed alium distinctum, ut jam divi ex Chrysolomo, quod, dum ait Dominus: Sine, mortuos sepelire mortuos suos, significat, hunc mortuum non esse suum. Septimò Albertus Magnus. Inuit Dominus, hunc fuisse mortuum in culpa, & indignum exequiis Sanctorum. Peccator immeritus est, ut accipiat honorem à viro pio, atque justo. Defunctus autem cum extitisset peccator, erat omnino indignus, qui à filio Christi discipulo ultimum acciperet humani officium. Idem habet. D. Thomas.

Octavò, Joannes Geometra in Catena Græca. Sublimius autem, quando adolescentuli pater moriebatur, & jam mortuus erat, tunc à Jesu vocatus est. Existima, quod quemadmodum mundus Paulo crucifigebatur, ita nulla amplius expectaret; sic Diabolus unicuique justorum mortuus est, qui ipsi vivebat peccatori. Omnis enim, qui peccatorum

55. Idem. Alb. Magn. D. Thom.

Occasus peccati etiam defuncti functi suatque timenda.

56. Chrysof.

Mundi neccia catenatim veniunt.

57. D. Thom. Luc. 14.

Inter fidelem & infidelem nullus est consanguinitatis, ac cognationis nexus.

Alb. Magn.

58. Geometra.

carum facit, ex Diabolo est natus. Omni enim peccatori, & mundana expectantia vitii malus pater. Ili autem cui mortuus est malus pater dicitur a Christo: Sequere me. Alio consilio sapientissimi Magister adolescentem ad se vocavit, & petiam sepeliendi parentem ei licentiam denegat. Agnovit omnium Cognitor quod sub demortuo illo parente Diabolus latebat, seu significabatur, ac etiam operabatur. Nam hac est astoria Dæmonis, & illius hæ sunt fraudulentæ insidiæ, ut prætextu pietatis, & debiti muneris tanquam illice objecta, nos à Christo, ejulque sequela ad mundana seducat, & ex illo, quod culpa non videtur, incautos, ac tunc multis secularibus rebus irretitos, ac distractos, in multa crimina, atque peccata detrudat, atque præcipiter: omni autem peccatori, & mundana expectanti vivit malus pater. Ubi enim homo descendit à Christo, & mundana spectat, ibi vivit, serpit, ac regnat malus pater, tanquam tortuosus serpens multis machinationibus se insinuans in corda nostra.

Diabolus sub prætextu pietatis nos seducit.

59. Theophyl.

Euthym. Qui Deo consecratur: omnes carnales res quas affectus.

Chrysof.

60.

1. Reg. 19. Ambros. Deo dicitur: tuus amputet affectus carnalium. Abulens.

61.

3. Reg. 19. Gasp. Sanch.

esse, ut suas filias osculetur abentes, Gen. 28. Gen. 41. num. 28. Et cum mortuus esset Jacob, Joseph ruit super faciem ejus, & plorans deosulatus est eum, Gen. 40. num. 1. De hoc argumento multa alia exempla adduxit Joannes Kirchman lib. 2. cap. 5. Vult ergo Elisæus, ut se novo prophetico statui consecraret, renuntiare omnes suos affectus carnales, parentes suos tanquam mortuos reputare, eidem ultimum dicere vale. Ideo hujus renuntiationis, & abdicationis osculando decrevit præbere signum, & monumentum. Vide c. 14. num. 58. & 59.

Io. Kirchm. Quid significet osculum apud veteres.

QUESTIO IX.

Circa hanc prohibitam facultatem sepeliendi parentem duo difficultates resolvuntur.

PRIMAM difficultatem movet D. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 29. Quamquam Dominus resuscitaverit tres mortuos, hunc quartum non solum noluit resuscitare, sed etiam negat facultatem adolescenti eum sepeliendi. Mortuus peccatorem significat. Primo suscitavit Dominus filiam Archisynagogi, quæ jacebat in domo patris sui mortua, Matth. 9. num. 18. per quam denotatur peccatum domi, seu consuetudinibus. Secundò suscitavit Dominus filium viduæ Nain ad portas civitatis, Luc. 7. num. 12. per quod exprimitur publicum, & notorium peccatum. Tertio suscitavit Dominus Lazarum mortuum quatuordecim annorum, Joan. 11. num. 39. per quod inveteratum peccatum adumbratur. Et tamen hunc quartum peccatorem à mortuis non revocavit ad vitam, nec filios permittit ad eum sepeliendum accedere. Quid malitiæ, quid mali in eos significetur? inquitendum est. Hic demortuus inter cæteros honorifico nomine patris insignitus erat; multos etiam habebat mortuos, nempe peccatores, qui honorifico, ac pomposo apparatu eum sepelirent. Repraesentant ergo hic mortuus peccatorem adulationibus, ac acclamationibus, & phantasticis laudibus minimum plenum, atque circumdatum, dum ejus facinora, ac crimina celebrant, atque decantant. Ad exprimentum igitur, quam difficile sit, similem ad vitam reduci, cum habeat aures adulationibus obturatas ad percipiendam veritatem, hunc non resuscitavit Christus. D. Gregor. Gregor. citato loco. Quartum verò mortuum Redemptor noster, nuntiantem discipulo, agnoscit, nec tamen suscitavit, quia valde difficile, ut is, quem post usum male consuetudinibus, etiam ad ultimum adulantium lingua excipiunt, à mentis sua morte revocetur. De quo bene dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos suos: mortui enim mortuos sepeliunt, cum peccatores peccatorem favoribus premunt. Et in hanc sensum interpretatur S. Pater illa verba Proverbiorum 1. num. 10. Fili mi, si te laudarint peccatores, non acquiescas eis. Et sic ait. Peccatores enim laudant, cum vel perpetranda mala blandimentis inferunt vel perpetrata favoribus extollunt. 63.

Secunda difficultas est, quod cum Moyses esset vocatus à Deo, & missus legatus in Ægyptum ad Pharaonem, ut Populum eximeret à duro captivitate jugo, legationis mandatum suspendit; pergit in propriam domum ad suum focerum, & secum in Ægyptum deferit uxorem, & filios. Abiit Moyses, & reversus est ad Iethro socerum suum, dixitque ei: Vadam, & revertar ad fratres meos in Ægyptum. Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, & reversus est in Ægyptum, Exod. 4. numero 18. Quomodo Deus, qui immutabilis est in consiliis suis patitur, quod Moyses, accepta legatione, tendat ad focerum suum: iter in Ægyptum ei aperiat, ac secum asportet uxorem, & filios, & huic adolescenti non permittit in domum pergere ad sepeliendum parentem? Cur ergo disponitur, ut adolescens omnium oblitus Dominum sequatur; Moyses verò humanitatis, & obsequij jura in focerum, uxorem, & filios servet? Vocabatur adolescens ad annuncian-

Exod. 4.

Jura humanitatis, ac urbanitatis servando, disponitur homo ad dignitates.

64.

Gen. 39. Jura obsequij, ac urbanitatis servando, ad dignitates preparatur.

Abulens. Philo.

Pharaonem, ut Populum eximeret à duro captivitate jugo, legationis mandatum suspendit; pergit in propriam domum ad suum focerum, & secum in Ægyptum deferit uxorem, & filios. Abiit Moyses, & reversus est ad Iethro socerum suum, dixitque ei: Vadam, & revertar ad fratres meos in Ægyptum. Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, & reversus est in Ægyptum, Exod. 4. numero 18. Quomodo Deus, qui immutabilis est in consiliis suis patitur, quod Moyses, accepta legatione, tendat ad focerum suum: iter in Ægyptum ei aperiat, ac secum asportet uxorem, & filios, & huic adolescenti non permittit in domum pergere ad sepeliendum parentem? Cur ergo disponitur, ut adolescens omnium oblitus Dominum sequatur; Moyses verò humanitatis, & obsequij jura in focerum, uxorem, & filios servet? Vocabatur adolescens ad annuncian-

Electus erat Joseph à Deo ad clavum regni Ægypti: tamen prius venditus, ac emptus à Putiphare, apud quem gratiam invenit. A quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, Gen. 39. num. 4. Ecce iste, qui eligebatur ad gubernacula regni, prius domus constituitur præpositus; & ibi servando jura humanitatis, ac debiti obsequij, in dominum suum, unde illius uxorem non est ausus attingere: Quomodo possum hoc malum facere? & retinens debitam urbanitatem in omnes, nulli enim dabat offensionem, ut de eo ait Abulens, ad administrationem regni est preparatus. Philo lib. de Joseph. Oportebat enim; futurum administratorem reipublicæ præexerceri in rebus æconomicis, nam & domus est parva quaedam civitas, & æconomia compendiarie reipublicæ. Unde facile discimus, eundem esse apum, & dispensationi domesticæ, & administrationi reipublicæ.

QUESTIO X.

Quare Christus istum adolescentem petentem recedere retinuit, & scribam volentem accedere repulit.

65.

Chrysof.

DE hac questione jam multa dixi quæst. 6. videnda ibi dicta Ad magis exactam doctrinam iterum hic ventilandam judicavi. Respondet primò D. Chrysostomus homil. 18. Considera, ait, quantum inter hos discrimen est. Ille impudenter, sequar te, inquit; quocumque abieris: hic verò, & si rem honestam peteret, nolebat tamen, nisi ei concederetur, abire. Scriba cum superbia dicebat: Sequar te, quocumque abieris. At verò discipulus iste, quanvis rem piam peteret, cum modestia exposulatur, licentiam abeundi rogans. Et ideo non dixit: Sylveira in Evang. Tom. 11.

Vadam sepelire, sed ait: Permite me. Superbus, ac præsumptuosus, ut dixi citata quæst. 6. fuit repellendus; pius, ac modestus retinendus.

Secundò D. Hilarius, In verbis Scriba apparebat quadam infidelitas, & non in verbis discipuli. Nam Scriba Dominum ignorabat, dum ex ejus consortio vult lucrum, pecuniam. Deinde dum ait: Sequar te, quocumque ieris. At in verbis discipuli nulla erat infidelitas, sed quidam pietatis prætextus sepeliendi patrem, Et ubi diffundebatur infidelitatis odor, statim fuit excludendus, ac summovendus à Christiano grege.

Tertio D. Ambrosius lib. 7. in Luc. cap. 9. Ille, ait cogitur, iste removeretur, ut scias, quia devotus admittitur, indevotus excluditur. Et paulò post. Ejus obsequium non admittitur, cujus non probatur officium. Quarto Abulens quæst. 61. ait, Abulens, quod iste adolescens erat discipulus, & ideo non erat permittendus facere aliquid contra conditionem discipulatus; & quia si recederet, non foret impediretur postea redire; & ideo non permittit eum Christus abire. Scriba autem non erat discipulus Christi; sed fieri volebat; & non erat decens, ut reciperetur, cum propter lucrum, ac avaritiam ad Christum venerit: ut satis est explicatum quæst. 5. & 6. Et quamvis Dominus posset sua divina gratia Scribam ad se trahere; tamen noluit ob illius peccatum, ac pravam dispositionem, quapropter per ipsum stetit, quominus venisset.

Quintò Scriba venit mala, & depravata intentione, ut satis explicatum quæst. 2. At licet adolescens iste, erraverit petenda hac facultate recedendi pro aliquo brevi tempore à Christi comitatu ad sepeliendum patrem, tamen hujusmodi error, non ex maligno, sed ex benevolento pio animo erga patrem, prodit. Ut notat D. Paschaf. Error non adolescens, licet non de studio, dum opus pietatis ex malitia, ire festinat. cum hujusmodi error, non ex malitia, sed ex pietate, sed ex pietate pullulaverit, benignè supportandus.

Cum Moyses esset adolescens, & egressus ad fratres suos vidisset, quod Ægyptius quidam percutiebat Hebræum; Cùmque circumspexisset huc, atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussit Ægyptium abscondit sabulo, Exod. 2. num. 12. In quo facto ipse Moyses deliquit, ut auctor est D. Augustinus. Et tamen hunc virom homicidam eligit Dominus in ducem, ac principem Populi. Et hoc crimen tam grave extitit, ut OEcumene-nius in Epist. Judæ tradat, Diabolum in altercatione cum Michaële Archangelo de corpore Moysis dixisse, Moysen indignum esse sepultura, cum injustè occiderit Ægyptium. Tamen iste vir ad tantum munus destinatur à Domino; quia licet deliquerit, hoc non fuit ex crudelitate, sed ex delicata, quadam pietate, ac amore fraterno, & ideo ejus animus non fuit repellendus, sed eligendus, ut docet Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 70. Et in hujus rei confirmationem adducit Petrum percutientem servum Pontificis prophanam pro Domino. Ita ait: Uterque non deestabili immanitate, sed emendabili animositate justitia regulam excessit; merque odio inprobitatis alieno, sed ille fraterno, iste dominico, licet

66. Hilari. Infidelitatis consortium fugiendum.

67. Ambros.

Maximè debes consuleri bono illius, qui singularetur est sub sua cura.

68. Paschaf.

69. August.

Delinquens non ex crudelitate, sed ex delicata, ut repudiandus, sed emendandus.

August.

ad huc